

P V I S

1 6 1 1



EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

Ecc 50.

BARTOLE<sup>10</sup>  
MAEI BILOVII

EPIGRAMMATVM

LIBELLUS XXII.

In Symbolum Bilotianum.

Spes mea Christus erit: Durum Patien-  
tia vincet.

**F**Idere qui Christo novit, diffidere Mundo  
Incipit, in quo non est, nisi Vana salus:  
Possidet in Christo Patientia quicquid in orbe est:  
Nam valeat Mundus, quicquid & Orbis habet.  
Spes bona quæ differt homini non protinus aufert:  
Omnia nam præsens possidet alma Fides.

Henricus Bolschenius J. V. D.  
& P. C.



MAGDEBVRGI,  
Typis Andree Dunckeri, ANNO

M. D. C. I.

# CLARISSIMO ET

EXCELLENTISSIMO VIR O, DN. GVL  
lielmo Bockelio Cellensi, Med. D. ac totius Veteris  
Marchiae Physico Ordinario, amico & fautori  
meo colendo, S.P.

*Ut versus faciant, paupertas impulit audax,*

 Oster Odirus, DEI Gratia, DEMENS Se-  
cundus, magno Cornutorum obſceno-  
rum adplausu de Poētis insulfissimè gar-  
rit. Cujus me tamē impudentia non mo-  
vet ab incipto. Novi n. proposita Poētis  
præmia, nō aurū, sed Laurū, non æs, sed honores, & fe-  
licissimā apud posteros futuros memoriā. Quare insti-  
tutum meum strenuus urgeo: & pro recepta à me &  
novatà consuetudine libellum in ordine XXII. Tibi,  
Observantissime VIR, dico consecroq;. Non enim  
exiguam laudis memoriam me reportaturum á no-  
minis tui dignitate opinor. Quod cum adsecutus fue-  
ro; plura non desiderabo. Posterum enim seculum  
præteritos & extintos penè Momos non moratur:  
sed præsentes etiam pro ridiculo & oblectamento ha-  
bet. Interea me pascet versus ille, cuius etiam ille sit:  
qui hic est:

*Judicium melius posteritatis erit.*

Vale. Stendaliæ, Mense Ian. 1602.

Barptolemaeus Bilovius à Bilovu,  
Sacri Palatiij Comes.

T  
G VI.  
eteris  
ori  
  
x,  
S Se-  
œno-  
e gar-  
mo-  
oëtis  
& fe-  
insti-  
ne &  
Tibi,  
him-  
no-  
s fue-  
um-  
tur :  
o ha-  
sit :  
  
GULIELMO BOKELIO, MED. D.  
ac Stendaliæ totiusq; Palæo-Marchiæ  
Phyfico.



Rnas qui Medicum, præstans GV-  
LIELME, Senatum,  
Nobile Böckelia sidus honorq;  
domus :  
Entheus in patriâ mihi quæ di-  
Etavit Apollo,  
Pauca tibi Musæ carmina sa-  
cro meæ.

Namq; sacros toties miraris amasq; Poëtas,  
Et pariter doctâ fundis ab arte melos.  
Te penes est mediis revocare è fauibus Orci,  
Ad quos vectandos cæperat ire Charon ;  
Stendalis excelsas quâ porrigit humida turreis,  
Totiusq; veteris Marchidos ora patet.  
Det Deus ætatem, firmæq; salutria vita  
Tempora : quo multis utilis esse queas.  
Inter honoratos tua fama perennè vigebit,  
Qui Medicâ æternum nomen ab arte tenent.

CHRISTIANO CHRISTIANO  
Patriæ Consuli, I.C. & P. cultiss.

Candidamens equidem, CHRISTIANE, &  
mica voluntas  
Collaudanda tua est, consiliumq; tuum !

A 2

ad-

*Adprobet hoc quivis. Calva est occasio! vincat  
Consilium. Serò sed sapuere Phryges!*

Ad Rhodomellam.

**Q**uæq; mei si te cantārit pagina libri,  
Vt duplīcem numeris vectet ad usq; polum:  
Jure tibi tamen hāut aequalis grātia reddi,  
Nec meritā poteris Tu mihi laude vehi.  
Tu Me igitur vestrā discedere cogis ab aulā?  
Me vitā viduas ô RHODOMELLA meā!

Ad Danielem Schallerum Plav. Var. Eccl.  
Stend. ad D. Mariæ Pastorem.

**Q**ui CHRISTI veros, SCHALLERE, fateris  
honores,  
Filius & sano dogmate pascis oves:  
Si quem termitilus non sapiens Hermus inaurat,  
DIVAq; curvatis vectat agitq; rotis:  
Nullus erit, licet adproperet comitatus Homero,  
Et viruere quibus dotibus Hesperides.  
Vis, fortuna, favor, Pactoliq; auria moles,  
Iustitiae, fidei, vincit & artis opes.

Henrico Bolschenio, Vallersleb. Saxoni,  
I. U. D. & P. C.

**Q**ui tot carminibus me celsis inseris astris,  
Ingenuae mihi das pignus amicitiae.  
Das mihi, thesauris Arabum quod præfero, vatum  
Splendida, BOLSCHENI, lux, Themidosq; de-  
cua,

Omnia

Omnia sunt tetrico fati subjecta rigoribus:

Docta Poetarum funere Musa caret.

Ad Gregorium Bersmanum Annæb. Gymn.

Servest. Rect. Poëtam CL.

**A**d cenam invitatas BERSMANE Poëta Poëtam,  
Cum VOITIO, Clarius quem mihi junxit a-  
mor.

Phœbus, Musa, Charis, tria candida pectora vatum  
Convenient cena tempore: latu ero.

Latus erit VOITVS, luctumq; levabimus ambo,  
Quem Nati peperit mors inopina Tibi.

Ad Albertum Voitum Bor. Illustris Sc. Ser-  
vest. Pro-Rect. Poetam singulariter  
exquisitum.

**Q**uam tu carmine, VOITE, LEVCORI-  
EAM

Cantasti lepido & satis venusto,  
Cur non adsocias tibi maritam?  
Expectare diu jubes puellam!  
Fuis deliciis velim fruaris,  
Et tot suaviolis, morâ fugatâ,  
Tori perpetè copulatione,  
Ejus ut quoq; frux amoris exstet.  
Hæc ne gaudia differas in annum.  
Mora est res odiosior puellis!

A 3

AD

Ad Michaelem Leonh. Roeschingederum,  
Svevum, P.L. & Secret. Palat. Neub.

**I**mmortale decus, ROESCHINGEDERE, viro-  
rum,

Quos Clario Laurus carmine parta beat:  
Nymphaeum Tibi mitto jubar, quod adorea laudis  
Ornat, & à risu & carmine nomen habet.

Huic inter reliquos sedem concede Poëtas,  
Quensis tua ad augeri Bibliotheca solet.

Eximpo RHODOMELLA novo prodibit  
amicu,

Quam jungas illi proximiore loco.  
Ut tua in eternos, optat MARTINIVS, annos  
Floreat Aönio Laurus amata Deo.

Ad Rhodomellam.

**S**ummus amicorum quidam, RHODOMELLV-  
LA, dudum

Te mihi despöndit, funeris ante diem.  
Hac est caussa, meo servat qua pectore flamas,  
Auget & has fausto sidere longa dies.  
Si tua vota meis adjunges (expeto id unum!)  
Entus in Christi nomine Nubtus ero!

Ioachimo Stedero Pastori Petrino  
apud Stendal.

**P**ersuasus rumore, refers me deditum amica:  
Qua me non redamet, quomodo amare que-  
am?

rum, Infelix tēdām comitatur meta coactam:  
viro. Excipit anxietas per breve gaudiolum.  
Si qua tamen dabitur Rhodomellula, nubilis esto:  
it: Deformis non sit, nec speciosa nimis.  
audis Mendicām nolo, nec quæ multo ære superbit,  
libit Sit mihi par opibus, par q̄ meo generi.  
nmos Non sit curta nimis, nec sit procera: sed artūs  
ELV. Laudati medios corporis hec habeat.  
Non cupio, semper blaterat quæ futilis ore:  
Nec mutam, lingua quæ caret arte, volo.  
nnos Nolo nimis crassam, nec macro corpore: munda  
vestitus sit, non spreta, polita nimis.  
Quin thalami servet leges, & jussa JEHOVAE:  
Non lasciva placet, nec pudibunda nimis.  
Tali ditatus ( nostris Deus adnue votis! )  
Virgine, jucundæ tempora lucis agam!

### MEMINERIS TVI.

Symb. M. Georgij Carolidæ à Carlspergâ  
Prag. P. L. Cæs.

Miror, in humanis sit quamta oblivia rebus!  
Nemo Dei memor est, nemo sui memore est.  
Nemo Redemptoris, proprios at querit honores,  
Et quæ præterea gaudia mundus agit.  
Quisq; inhians lucro miratur in orbe caducas,  
Prodiga queis satiet pectora, divitas.

*Numinis interea oblitus celestia temnit  
Gaudia siderias nec meditatur opes.  
Quare superna, MEMENTO TVI, munda-  
naque linque,  
Non homini, at CHRISTO fide; beatus  
eris.*

Ad Rhodomellam.

**M**e fatui rodit volgi fex prava! Camenis  
Volt sibi de nostris sumere judicium!  
Despicio volgi mores, & inania vocis  
Murmura: ames modò si Me RHODOMELLA,  
sat est!

M. Iosepho Goezio Sil. Sch. Stendal.  
Rectori.

**N**on tutum, JOSEPHE, suos committere as-  
mores  
Cuilibet! Ecquid erit candor in orbe super?  
Nec fratri restuta suam concredere Nympham:  
Hac ratione etenim sapè diremtus amor.  
Caution evadam posthac: Prudentia amanti  
Convenit! ille sapit, qui taciturnus amat.

Ad Rhodomellam.

**V**irginij formosa chori RHODOMELLVL  
lampa,  
Similicet obscuris progeneratus avis:

*Cat.*

Carmine me Phœbus sublimibus intulit astris,

Surgit & in laudes natio quæq; meas.

Omnia successere mihi feliciter: adde

Vota meis votis: Ecce beatus ero.

Ad G. Martinium à Baldhofen/ Sil. P.L.

Cæf. Fratrem.

**Q**uod Tibi, non mirum, faveant MARTINE,  
puellæ:

Corporis ac mentis candida forma Tibi.

Ni mihi Sol estu nocuisset, & auracamenti,

Et Me feminius concomitaret Amor.

Gulielmo Bokelio Med. D. & Physico  
Stendal. V. CL.

**B**OKELI, stabulant cujus sub pectore Musæ,

Cuiq; suas arteis Phœbus abundè dedit:

Serta tibi laudum cum vellem texere: Muscam

Quid musæ donas ipse: foviue trochum?

Phœbus ait: tali post hac desiste labore;

Filius in laudes luxuriare meum est.

In Domum Rhodomellæ.

**S**i quæ patet Charisin, si quæ est domus hospita

FOVÆ,

Si quæ patet Musis: hæc domus una pater!

Hinc ego, qui sector Charites, fovamq; Deusq;

Non potero tectis abstinuisse tuis.

A.S.

AD

Ad Gasparem Macragathum alias Langgut,  
Hilperhusanum Fr. P. L. & Sch. Nea-  
gorææ in Sup. Palat. Cantorem  
& Musicum.

**D**Aphnide LANGVTI sacrâ redimite, Pelasgo  
Carmine qui multos exsuperare potes:  
Tota Poëtarum Me prædicat aula beatum,  
Numine dum cedunt cuncta favente mihi!  
Hæc licet ex aliquâ vero sint congrua parte,  
Attamen est melior sors tua sorte mea:  
Nam tibi non umquam tibi juncta repugnat a-  
mica:  
Me propter Domine fulmina cura premit!  
Quæ longum bona visa fuit, bona mantet in ævum,  
Quæ superat lepidas vocis honore Deas,  
MACRAGATHEN salvere jubet mea Musa ca-  
noram:  
Scilicet illa tui calcar honoris erat!

Ad Amicam.

**L**Vx mea Lauripotens, nostris adamata Camenæ,  
Quæ formæ nivio vincis honore Rosas:  
Turgida nuper eras, & marmore durior omni,  
Reddita nunc tamdèm mitior, igne micas!  
Hanc retine mentem, nec posthac utere fastu:  
Sic instar Lauri perpetuò vireas!

G E

ggut, Georgio Schönbornero Freistad. Sil. P.L. &  
a- Not. Publ. Cæs.

Flos juvenum, fonsq; Aönidum, vatumq; corona,  
SCHONBORNERE, potens carmine,  
juris amor:

Formosum, pol, formoso patre Apolline vatum,  
Dum formosa canis carmina, nomen habes.  
Hinc tibi formosam Musæ imposuere coronam  
De Lauru, fontem quæ propè Pierium  
Consita erat: formam servet q; corolla virorem;  
Fonsq; perennifluis cursibus, opto, fluat.  
Sic tua Pierio consurget carmine fama:  
Quemq; dabunt Musæ, non morietur bonus.

Henrico Milphort Vratisl. Sil. P. L. &  
Med. Cand.

Qui Musas amat, à musis ambitur amore,  
Munereq; illarum captat honoris opes.  
Hinc tua cinxerunt viridanti tempora Lauru,  
Et spondent studiis premia plura tuis.  
Perge sequi Musas laudesq; sonare Jephœvæ;  
Et celebra dignos carmine: clarus eris.

Ad Tumulum Gregorij Petri Bersmani, G.F. Lipsici,  
Poët. & Med. Candid.

Conditur hac vili PETRVS BERSMANVS in  
urnâ,  
In medio etatis raptus honore sue.

Quem

Quem pater insignis Vates vocitare solebat  
Thesaurum cordis deliciumq; sui.  
Cui Musæ, Rittershusij post vota, coronam  
Finxere, & teneris imposuere comis.  
Ipsi etenim venâ de divite metra fluebant,  
Qualia vel medio nata Helicone putem.  
Quæ magnus stupuit Phœbus, doctæq; sorores,  
Centulit ac propriis Calliopea modis.  
Posthia nascenti prædixit Musa: parente  
Magno olim vates non minor ipsus eris.  
Parvola quâ muris studiis Altorpia floret,  
Audivit Medicum non sine fruge chorum.  
Magna futurus erat Medicorum gloria: ô ævi  
Si produxisset stamina Parca ferox!  
Ast tales ipsi Libitina invidit honores,  
Injiciens celeres imperiosa manus.  
Nunc canus tua busta parens, PETRE optime, deo  
Cordolum matri, cordolumq; patri. (flet:  
Exstinctum socij, Musis & dedita lugent  
Pectora: cum Musis Villa Vetusta gemit.  
Parte tui sed vivis adhuc meliore superstes,  
Faustus & aeternis vesceris usq; bonis.  
In Album Georgij Buchij Cassellani  
Hassi, LL. Cand.

TE doctum fidumq; virum bona turba salutat:  
Hinc me cädidulo pectore jūgo Tibi.

GE.

Sub ingressum Delicij Myſiorum oppidis  
Salve DELICIVM, non urbs ignobilis oræ  
Misnidos, HOMAGII nobilitata satæ.  
Delius hunc cinxit Lauru Peneide vatem,  
Namq; erat Aönisin nobile delicium.  
Delicum, ob vatent te diligo, sed magè propter  
Delicias Cereris, delicias Veneris.

Gaspari Pistorio Berlin. Eccl. Metrop. Magdeb.  
Vicario.

URbs Arctōa dedit prestantes arte Poëtas,  
Victuro quorum nomine Mūsa viget.  
Haslobi, Hubneri, Distelmeiere, Didichi,  
Testantur q; tui quod, Melemane, modi.  
Tu qui Pieridum mysteria diligis, atq;  
PISTORI, nivis mente Poësin amas.  
Nocte dieq; sacris operari perge Camēnis,  
Vatibus ut vatum te pater insinuet.

Gulielmo Bockelio Medico præstans-

tissimo.

Pauca meæ tamtùm vidisti carmina Musæ,  
Illa tamen miris tollis ad astra modis.  
In tenebris latitant opera infinita, Camēnas  
Quæ sapiunt: quod te laude moveret epos!  
Lux Charitum RHODOMELLA trib. depicta li-  
Prodibit cultu quando novata suo: (bellis  
Tunc palmam tribuet nobis, Heliconius ordo  
Vatùm, quos Charitum jussit amare trias.

Ioanni

Ioanni Meibomio, H.F. præclaræ indolis puero,  
10. annos nato.

**I**ndolis egregia specimen, venamq; fluentem,  
M. ror & ingenium, parvole fane, tuum.  
Versibus herois gratatus es, atq; precatus  
Propter discessum prospera quæq; Mibi.  
Prospera quæq; ruis rursum conatibus opto:  
Vberiusq; tuo venula fonte fluat.  
AEtatem tribuat Deus, ingenioq; vigorem:  
Vatis honorato nomine magnus eris.  
**L**ustraria etatis postquam superaveris, hercule  
Ornabit teneras verna corolla comas.

De Rhodomella.

**S**eu mea lux notas fluvij spaciatur ad undas,  
Seu propria in propriis ædibus acta facit:  
Quidquid agit; celebrat, meditatur & acta Jehovah,  
Principium & finis, mentio, fova, tui est.  
Hinc dum conspicuâ nulli pietate secunda est,  
Procedit dextro Nume, quidquid agit.

In Album Eliæ Bescovij Crosn. N. P.

**C**aesariam munus, BESCOVI, lege Notarii  
Cui deputavi publicum:  
Nudavi Tibi nonne satis sine fraude meum cor,  
Addens manum Diplomati?  
Hæc non sufficiunt? de more libentius Albo  
Cum corde nomen inseram.

Paradoxon de Venere,

AEGO.

**A** Equore cur natam finxerunt numina vatam,  
Blandula si Phœbi munere Cypris eget? *Bacchus*  
Indiget hanc: ventat, Medico testante Senatu,  
Gratior ad Cypridos regna sitior aquæ.

Ad Hospitam Parthen.

**F**eminij palmare gregis decus, auria Cypri,  
Polcra corona domus, unio fide viri:  
Intueor quoties stellis certantia volta,  
Ardoris mirans cerno jugalis opus.  
Namq; incredibili raptaris amore mariti,  
Officij curans muniaritè tui.  
Ut te præclaræ comitetur ad ore laudis,  
Efficit hanc tantum forma, sed & pietas.  
Cum rebus faveas nostris & fausta preceris,  
Te mea mens casto pector erursus amat.  
Sorte dator prolis favo te meliore coronet,  
Et beet optati fertilitate boni.  
Ignibus Aetna calens tacitis erumpat, & illis  
Expromat gazas, quas Venus occuluit.

Ad Rhodomellam.

**T**E, quavis abies procul hinc, mea vita relinquā,  
Non tamen à me ullo tempore tota aberis:  
Ante oculos etenim tua grata herebit imago,  
Teq; mihi referet nox nigra, clara dies.  
Nec dubito, rursus quin mutua cura tibi sim,  
Ab habitem ing oculis, als habitem ing animo.

N O B I

## NOBILI ET PRAECLARO VIRO,

Domino Barptolomæo Bilovio à Bilow &c. Poëtae L. Cæsario & Comiti Palatino.

**Q**uod tibi Bilovi est cognomen, grata Boëmis  
Vox hæc, sincerum nam notat esse virum.  
Sapè ante eventum nascuntur nomina vita  
Congrua, qua exprimimus moribus atq; fidei.  
Sic Nero vinosus non nominis immemor, hausto  
Semper erat solitus se recreare mero:  
Sic ego candorem generosæ mentis, & artis  
Colligo de scriptis Barptolomæ tuis.  
Purus es & tersus, nunquam tua carmina solers  
Audeat ad limam Cinna vocare suam.

M. Ioannes Chorinianus, Acad. Prag., Prof.

## AD NOBILISSIMUM ET MAGNIFICUM virum, Dr. Barptolemaum Bilovium à Bilow, Com. Pal. Eq. Aur. Civ. Rom. P. L. &c. promotorem suum col.

**R**eddere quid deceat RHODOMELLAM, sa-  
pè quòd ipsam  
Carminibus celebras; BARPTOLEMAEE  
rogas?

Quod RHODOMELLA tuis legitur clarissime  
LIBRIS,


Compenset roseis id tibi, posce, LABRIS,  
Immo quòd CALAMO toties depingis eandem,  
Erga te THALAMO grata sit ipsa suo.

Simon VViblitius Osterburgensis, P. L. Cæs.  
patriæ Scholæ Rector.

Ia 2400

ULB Halle  
003 919 226


3



5b.

WA

me.



# Farbkarte #13

B.I.G.  
Black  
White  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue



# BARPTOLE: MAEI BILOVII

EPIGRAMMATVM

## LIBELLuS XXII.

In Symbolum Bilovianum.

Spes mea Christus erit: Durum Patien-  
tia vincet.

F Idere qui Christo novit, diffidere Mundo  
Incepit, in quo non est, nisi Vana salus:  
Possidet in Christo Patientia quicquid in orbe est:  
Nam valeat Mundus, quicquid & Orbis habet.  
Spes bona quæ differt homini non protinus aufert:  
Omnia nam præsens possidet alma Fides.

Henricus Bolschenius J. V. D.  
& P. C.



MAGDEBVRGI,  
Typis Andreae Dunckeri, ANNO  
M. D. C. II.

